Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9146
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Tanta autem est miraculorum copia quae dominus apud tu
mulum eius diuersis temporibus ostendit ut non facile
scribendi studio comprehendi possit. Ex quibus propter ha
bundantiam multa omittuntur pauca uero et eminen
tiora propter memoriam posteris commendandam huic
inseruntur opusculo. Creberrima enim inibi largien
te domino et prestitatis et prestantur remedia. Siquidem et de
moniaci ibidem curati et languentes sunt recreati.
aurium claustra reserata oculorum de tersae caligi
nes mutorum exclusa silentia paraliticorum elimi
nata defectio. Sed et quicumque animae uel corporis
necessitate coactus fide integra apud sepulchrum
beati galli instanciam orationis exequitur domino confes
soris sui comprobante precum suarum nullatenus fructu
priuatur uerum sine tarditate diuinae largitatis
senciens dona letatur. VI.

Temporibus igitur charlomanni maioris domus
miraculum memoria dignum per merita sancti patris
effectum huic operi inserere utile iudicamus.

Vir quidam pauperculus in pago qui per ab toltespara dicitur
ex summa deuocione cum uxore sua ad cellam beati
galli causa orationis properare disposuit. Cuius inten
tione deuotionis dum mulier pallulam quam in sancto
loco oblatura erat contextam parauisset inuoluit
ea formellam cerae quam simul oblatum ire cogitabat
et in arca sua inter alia uestimenta reposuit. Con